NICETAS REMESIANENSIS · ORIGENES · HUGO DE FOLIETO · HUGO DE S. VICTORE · HILDEBERTUS CENOMANENSIS · AUGUSTINUS

Salzburg (?), 1. Hälfte 13. Jh. Seite 108r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8475
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



uentes sequuntur leuitas opis. et uanitas mentis. Scriptum enim. Sedit ppls manducare et bibere. et surrexerunt ludere. Ludere inquit legere. Sunt enim qui per delicatis cibis fercula cum in claustro sedeant. non lectioni et silentio. sed rumoribus et curiositati uacant. quasi locum loquendi et tacendi nunquam et nunquam seruant. sed instabiles et iocosi. nec hos nec illos ad loquendum uocant. Pone inquit dauid ori meo custodiam. et ostium circumstantie labiis meis. Ostium dicit non murum. si enim murum poneret. loquendi licentia omino negari uideretur.

Sed ostium ponit quod repente et loco claudatur. et aperit. Et repentinus locus loquendi et tacendi. aperit itaque ostium in claustro. hora constituta lectioni. in capitulo confessioni. in ecclesia oboedientiae. Claudit iterum in claustro confabulationi. in capitulo excusationi. in ecclesia uane modulationi. hoc ostium claudit sepe frib nouiter consilis. repidis et puerilis. aperit tamen eisdem quidque propter necessitatem corporis. uel ad doctrinam ordinis. uel ad edificationem mentis. Potest hoc hostium appellari licentia licenter loquendi. que aperit et claudit negat. et ait. Per hoc ostium sepe intrant. qui ostium mentis frangunt. Fascinatio enim nugacitatis seducit cor. Cauendum est tamen ne hoc ostium pateat uento uenienti. a regione deserti. ne domum quasi angulus concussa subuertat. et filii iob oppressi moriantur. Deserti regio est demonum seu puteorum frm a deo delicta mentitudo. a quibus uentus uenens. i. grauis tentatio irruit. quia a tribulatione conscientiam subuertit. domum uero mentis que a quasi angulis. i. prudentia. temperantia. fortitudine. et iustitia. constituit. quidquid uento tentationis. seu turbine uiorum quassata turbat. Sepe enim per ignorantiam prudentia. per delectationem temperantia. fortitudo per timorem. iustitia per amorem frangitur. quibus quassatis. uirtutes animi. i. sapientia. intellectus. consilium. fortitudo. scientia. et pietas moriuntur. quidquid a suis contrariis feriuntur.

Obruit enim sapiam. per stulticiam. per hebetudinem. intellectum. consilium. per precipitationem. fortitudo per timorem. sapiam. per ignorantiam. pietas. per duriciam. timor per superbiam. Sed ab hac ruina puer euadat. quia tempore iob nunciet. i. discretio mentis que cum animo agit. ut quod prudentia conseruet. hy sunt rumores claustralium. ad quos non pertinent bella principum seculariumque pugne tentationum. Delectare quoque kime hys rumoribus non exteriorib. Caldei fecerunt tres turmas et iuaserunt camelos tuos. et tulerunt eos. nec non et pueros percusserunt gladio. et effugi ego solus ut nunciarem tibi. Chaldei feroces. i. demones. cameli bonas terrenorum dispensationes. pueri custodes. sollicitas curas suspectiones. nunciat quia euadit discretione significat animi. camelus partim mundum animal. quia ruminat. partim immundum. quia ungulam non diuidit. bonas terrenorum dispensationes dicit. quas diabolus non potest perdere. nisi per peccatorum actione ferit. nisi per iniqua locutione confundit. Sic quoque chaldeis tribus ceperunt camelos rapiunt. quia illicita operatione. superflua locutione. inordinata cogitatione. curas dispensationum confundit. Sepe autem quidam quidquid primus debeat attendit. nec per inordinationem sollicitudinis alienum se negligit. nec per sui curam alienum preponit. sed cum utrumque solliciter agit. aliquid subito causse metuit. que omnis obruit curam suspectiones. et sic sola discretio animo dapna nunciat. et quasi nunciat ad lanuam uocat. Audi quoque kime quod puer nunciet quia euasit. i. puritas discretionis quod nunciet mihi. audi dapna camelorum. et casum puerorum. Isti rapuerunt illi moriuntur. auferuntur enim cure dispensationum. dum per negligentiam per puritas circumspectionum. Gaudent milites claustrum. cum de regibus fabulantur. dum casus militum narrantur. dum per illud locum a quibus non agnoscuntur. multorum partes defendunt.

108